

MASS PROPER: APRIL 23, ST. GEORGE, MARTYR

MASS *Protexísti* (red)

INTROIT Psalm 63: 3

Protexísti me, Deus, a convéntu malignántium, allelúja: a multitudíne operántium iniquitátem, allelúja, allelúja. (Ps. 63: 2) Exáudi, Deus, oratióne meam cum déprecor: a timóre inimíci éripe ánimam meam. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Protexísti me, Deus, a convéntu malignántium, allelúja: a multitudíne operántium iniquitátem, allelúja, allelúja.

COLLECT

Deus, qui nos beáti Geórgii Mártyris tui méritis et intercessióne lætíficas: concéde propítius; ut, qui tua per eum benefícia póscimus, dono tuæ grátiae consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 2 Timothy 2: 8-10; 3: 10-12

Carissime: Memor esto Dóminum Jesum Christum resurrexisse a mórtuis ex sémine David, secúndum Evangélium meum, in quo labóro usque ad víncula, quasi male óperans : sed verbum Dei non est alligátum. Ideo ómnia sustíneo propter eléctos, ut et ipsi salútem consequántur, quæ est in Christo Jesu, cum glória cœlésti. Tu autem assecútus es meam doctrínam institutióne, propósitum, fidem, longanimitátem, dilectiÓne, patiéntiam, persecutiÓnes, passiÓnes: quália mihi facta sunt Antiochiæ,

Thou last protected me, O God, from the assembly of the malignant, alleluia: from the multitude of the workers of iniquity, alleluia. alleluia. (Ps. 63: 2) Hear, O God, my prayers, when I make supplication to Thee: deliver my soul from the fear of the enemy V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Thou last protected me, O God, from the assembly of the malignant, alleluia: from the multitude of the workers of iniquity, alleluia. alleluia.

O God, Who dost gladden us through the worthy deeds and prayers of Thy blessed martyr George, mercifully grant that all they which seek Thy mercy through him may effectually obtain the gift of Thy grace. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, be mindful that the Lord Jesus Christ is risen again from the dead, of the seed of David, according to my gospel. Wherein I labor even unto bands, as an evil-doer: but the word of God is not bound. Therefore I endure all things for the sake of the elect, that they may also obtain the salvation, which is in Christ Jesus, with heavenly glory. But thou hast fully known my doctrine, manner of life, purpose, faith, long-suffering, love, patience, persecutions, afflictions, such as came upon me at Antioch, at Iconium, and at Lystra;

Ícónii, et Lystris: quales persecutiónes sustínui et ómnibus erípuit me Dóminus. Et omnes, qui pie volunt vívere in Christo Jesu, persecutiónem patiéntur.

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. V. (Ps. 88: 6) Confítebúntur cæli mirabília tua, Dómine: étenim veritátem tuam in ecclésia sanctorum. Allelúja. V. (Ps. 20: 4) Posuísti, Dómine, super ca-put ejus corónam de lápide pretiósó. Allelúja.

GOSPEL John 15: 1-7

In illo témpore: Dixit Iesus discíplis suis: Ego sum vitis vera: et Pater meus agrícola est. Omnem pálmitem in me non feréntem fructum, tollet eum: et omnem, qui fert fructum, purgábit eum, ut fructum plus áfferat. Iam vos mundi estis propter sermónem, quem locútus sum vobis. Mane te in me: et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetípso, nisi mánsierit in vite: sic nec vos, nisi in me manséritis. Ego sum vitis, vos pálmites: qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me non mánsierit, mittétur foras sicut palmes, et aréscet, et cólligent eum, et in ignem mittent, et ardet. Si manséritis in me, et verba mea in vobis mánsierint: quodcúmque voluérítis, petétis, et fiet vobis.

OFFERTORY Psalm 88: 6

Confítebúntur cæli mirabília tua, Dómine, et veritátem tuam in ecclésia sanctorum, allelúja, allelúja.

PREFACE FOR EASTER

Vere dignum et justum est, æquum et

what persecutions I endured and out of them all the Lord delivered me. And all that will live godly in Jesus Christ shall suffer persecution.

Alleluia, alleluia. V. (Ps. 88: 6) The Heavens shall confess Thy wonders, O Lord; and Thy truth in the Church of the saints. Alleluia. V. (Ps. 20: 4) O Lord, Thou halt set on his head a crown of precious stones. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: I am the true Vine; and My Father is the husbandman. Every branch in Me, that beareth not fruit, He will take away: and every one that beareth fruit, He will purge it, that it may bring forth more fruit. Now you are clean by reason of the word, which I have spoken to you. Abide in Me, and I in you. As the branch cannot bear fruit of itself, unless it abide in the vine, so neither can you, unless you abide in Me. I am the Vine: you the branches: he that abideth in Me, and I in him, the same beareth much fruit: for without Me you can do nothing. If any one abide not in Me, he shall be cast forth as a branch, and shall wither, and they shall gather him up, and case him into the fire, and be burneth. If you abide in Me, and my words abide in you, you shall ask whatever you will, and it shall be done unto you.

The Heavens shall confess Thy wonders, O Lord, and Thy truth in the church of the saints, alleluia, alleluia.

It is truly meet and just, right and for

salutáre, te quidem, Dómine, omni témpore, sed in hac potíssimum die, gloriósus prædicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndó destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ideo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dóminatiónibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus sine fine dicétes:

SECRET

Múnera, Dómine, obláta sanctífica, et intercedénte beáto Geórgio Mártire tuo, nos per hæc a peccatorum nostrórum máculis emúnda. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Psalm 63: 11

Lætábitur justus in Dómino, et sperábit in eo: et laudabúntur omnes recti corde, allelúja, allelúja.

POSTCOMMUNION

Súpplícés te rogámus, omnípotens Deus: ut, quos tuis réficis sacraméntis, intercedénte beáto Geórgio Mártire tuo, tibi étiam plácitis móribus dignánte tríbuas deservíre. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

our salvation, at all times to praise Thee, O Lord, but more gloriously especially at this time above others when Christ our Pasch was sacrificed. For He is the true Lamb Who hath taken away the sins of the world: Who by dying hath destroyed our death: and by rising again hath restored us to life. And therefore with Angels and Archangels, with Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

Sanctify the gifts we offer Thee, O Lord, and through the intercession of blessed George, Thy martyr, cleanse us by them from the stains of our sins.. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

The just shall rejoice in the Lord, and shall hope in Him: and all the upright in heart shall be praised, alleluia, alleluia.

Humbly we pray Thee, O almighty God, that those whom Thou dost refresh with Thy sacrament, Thou also grant them, by the intercession of blessed George, Thy martyr, to serve Thee, as befits them, with behavior pleasing unto Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.